

www.e-rara.ch

**Georgii Buchanani Scoti poetae eximii Franciscanus & fratres, quibus
accessere varia eiusdem & aliorum poëmata quorum & titulos & nomina
XVI. indicabit pagina**

Buchanan, George

Basileae Rauracorum, [1568]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-245>

Iephtes sive votum tragoedia, authore Georgio Buchanano Scoto

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IEPHTHES SIVE
VOTVM TRAGOEDIA,

AUTHORE GEOR-
gio Buchanano Scoto.

AD ILLUSTRISSI-
MVM VIRVM CAROLVM COS-
seum Franciæ Marefcalum, ac apud
Taurinos Regis Francorum præfectum,
in Iephthen Tragædiam
Præfatio.



Abfurdam fortasse rem fa-
cere quibusdam videbor,
qui ad te hominem ab in-
eunte ætate militaribus
imbutum studijs, & in-
ter arma tubasque semper versatum,
munusculum hoc literarium mittam.
Sed hi ferè hoc absurdum existimaturi
sunt, qui haud harum rerum inter se cõ-
sensionẽ non satis animaduertunt, aut
tuum ingenium parum habent perspe-
ctum. Neque enim inter rei militaris,
& literarum studium ea est, quam ple-
rique falsò putant, discordia: sed sum-
ma potius concordia, & occulta quæ-
dam naturæ cõspiratio. Quanquam e-
nim superioribus aliquot seculis siue
homi-

hominū inertia, siue falsa quadam persuasione diuisæ fuerunt hæ profefsiones, nunquam tamen peruersa imperitorum opinio tātum potuit, vt ipsæ inter se veterem illam, & naturalem, vt ita loquar, cognationem obliuiscerentur. Omnes enim omnium ætatum Imperatores, qui res præclaras gesserunt, aut ipsi doctissimi fuerūt, aut viros doctrina illustres summo amore profecti sunt. Neque profectò fieri potest, vt magnus & excelsus animus, qui neglectis rebus caducis, æternitatis memoriam ante oculos habet propositā, non etiam memoriæ & antiquitatis custodes literas amet. Neque alij ferè sunt, qui literas oderūt, & contēnunt, quàm qui vita per ignauiam & flagitia turpiter acta, cōscientiam posteritatis reformidant: vt non minus verè quàm eleganter mihi cecinisse videatur Claudianus,

Gaudet enim Virtus testes sibi iungere Musas.

Carmen amat, quisquis carmine digna gerit.

Contra verò qui omne suum studiū in

eo posuerūt, vt perfectę virtutis imaginē sibi ad imitationē proponerent.

—*quæ natura negauit*

Visibus humanis, oculis ea pectoris haurirent, quanta eos lætitia affectum iri putemus, si eius, quam tantoperè animo persequuntur, viuum & spirans simulachrum (vt ita dicam) nacti fuerint? Sed & præter hanc mutuam virtutis admirationem, & naturæ quam dixi consensionem, accedit utilitatis etiam mutux quædam species. Nam vt illustrium facinorum author non immeritò eum suspicit, quem virtutis tradendæ magistrum & illustrandæ artificem esse videt, & velut parentem colit, non eum, à quo huius, qua fruimur, lucis breuem vsuram acceperit, sed alteram illam lōgè diuturniorem vitam in posteritatis memoria collocatā speret: ita ille alter libenter amplectitur segetem, & materiam suæ gloriæ sibi oblatam:

—*qua se quoq; possit*

Tollere humo, victorq; virum volitare per ora.

Vterq;

Vterq̄ enim etſi opinione hominum
imparem, pari tamen ſtudio ex eodem
fundo gloriae fructum petit. Sed hæc
ad omnes communiter pertinent, qui,
vt ait Saluſtius, præclari facinoris, aut
artis bonæ famam quærunt. Illa verò
tua ſunt propria, quòd à primis vſq; a-
doleſcentiæ ſpatijs ea fuiſti in patriam
charitate, in bello fortitudine, in pace
temperantia & æquitate, vt omnibus
qui literas colunt, tuarū virtutū exem-
plar edideris, quod poſteritati ad imi-
tationem proponere, & poſſint, & de-
beant: quod literas Philippi Coſſei fra-
tris tui Ep̄iſcopi Conſtantiensis patro-
cinio orbatas, in diuerſo vitæ inſtituto
tamen fouendas, ac tuendas ſuſceperis
quòd doctiſſimos homines ſemper
tecum habeas, quibuſcum etiã in me-
dio ſæuiſſimi belli ardore Muſisq; Mi-
neruam temperes, & Geticum mo-
dereris Apolline Martem: quòd fi-
lium ita literis inſtituendum in pue-
ritia cures, vt hanc tam amplam laudis
& gloriae hæreditatem à parente acce-
ptam

ptam non solùm tueri, sed etiam auge-
re possët. Me autem absentem, nec
vlla alia re, quàm literarum commen-
datione tibi cognitum ita complexus
es omnibus humanitatis & liberalita-
tis officijs, vt si quis ingenij mei sit fru-
ctus, si qua vigiliarum velut foetura, ea
meritò ad te redire debeat. Quod qui-
dem adeò auide facit meus hic Ieph-
thes, vt qui antea publicam lucem, &
coetus hominum reformidabat, te pa-
trono fretus prodeat, & in spẽ nõ nullã
etiam publici fauoris sese erigat. Quid
enim nõ illis sibi speret auspicijs, quib.
disciplinam militarẽ ad antiquę seueri-
tatis exemplum videt emẽdatam, & ve-
tustam belli gloriam Gallia restitutã,
cùm bellica fortitudine legum & iusti-
ciã cultum, cum summa omnium rerũ
licentia summam omnium rerum non
modò tuam, sed etiam tuorum omniũ
continentiam videt coniunctam. His
ego causis impulsus, hanc meam lucu-
bratiunculam sub tuo potissimum no-
mine in manus hominum exire volui.
Tu

Tu verò, vt spero, hoc meū siue tuorū
in me officiorū testimonium, siue meæ
ergate beneuolentię significationem,
quæ tua est humanitas & in literas a-
mor, boni consules. Vale. Lu-
tetiæ Parisiorum, quinto Cal.

Aug. M. D. LIIII.

A R G V M E N T V M E X

Libro Iudicum sumptum.

IEphthes Galaddi filius patre defuncto à fratri-
bus domo pulsus est, quòd negarēt æquum esse,
vt nothus cum legitimis filijs in hæreditate pa-
terna diuidenda æquaretur. Is cùm ob inopiam
collecta manu latrocinio viueret, ac fortitudinis
magnum specimen dedisset, primùm à cognatis, dein-
de à reliquis Hebræis dux factus est aduersus Am-
monitas, qui viginti propè annorum grauissima fer-
uitute eos presserant. Profecturus igitur in expedi-
tionem, vouit, se, si victor reuerteretur, qui primus
domo sua egrederetur, eum Deo sacrificaturum. Pri-
ma reuertenti occurrit vnica filia:
eam Deo immolat.

P E R S O N A E .

Angelus prologus.

Storge mater. Iphis filia.

Chorus indigenarum puellarum.

Iephthes Imperator.

Symmachus amicus.

Sacerdos. Nuncius.

I E P H T H E S ,

IEPHTHES SIVE
VOTVM, TRAGOEDIA.

ANGELVS PROLOGVS.



Agni tonantis huc minister aliger,
 Cælo relicto, mittor Isaci ad lares,
 Solumq; promissum Isaci nepotibus,
 Solum regendis destinatum gentibus,
 Si pacta sacri intaminata fœderis
 Seruasset: arma sed modò quod Ammonia
 Expauit arcto seruitutis sub iugo,
 Tuliq; quicquid triste, crudele, asperum,
 Iratus audet victor, aut victus timet.
 Vix docta tandem calamitatibus, Deum
 Agnoscere patrum coepit & nefarios
 Mentita cultus numinis ludibria
 Inspecta nosse, nota floccipendere.
 Et serò quanuis, ad patrem redijt suum.
 Humana sed mens nescia modum ponere
 Rebus, secundis intumet successibus.
 Quo plura hominibus contulit bonitas Dei,
 Occæcat animos altior securitas,
 Vanoq; fastu turgidos superbia
 Stimulat inanis. Qualis in dominum furit
 Equi ferocis contumax proteruitas,
 Imperia paulum si remissa sentiat:
 Ac vix lupatis domitus, & calcaribus

D uris cruentus,redit ad officium, & suo
 O btemperat hero: sic populus hic peruicax,
 C eruice dura, pronus in peius, flagrum
 S i conqueiuit paululum, novos Deos
 A sciscit, & se dedit alijs ritibus,
 I gnota sacra sequitur. Atq; adeò parens
 B enignus animos turgidos licentia,
 B ello, famèue, pestilentiùe aère
 F rangit, rebellem comprimens ferociam.
 A t rursus, animi ne cadat fiducia
 S erie malorum continenter obruta,
 M ittit prophetas, bellicos mittit duces,
 Q uì seruitutis liberatos asperæ
 V inclis reducant, pristinisq; ritibus
 S eruire cogant: arma nunc Ammonia
 V t excitauit in rebelles, ac Dei
 I ussus relictis, impijs erroribus
 S e mancipantes. Sed modum statuens sue
 I ræ, propitius liberatorem dedit:
 N on è potentum quempiam numero, grauens
 T urba clientum, liberisùe turgidum:
 S ed è paternis exulantem sedibus
 I ephthen, suisq; fratribus spretum, satum
 G enitrice vili: ne superba gens suis
 A signet armis, quod manu gestum est Dei:
 V t sciat & Ammon hactenus se viribus
 N on floruisse proprijs, sed vindicem
 C ælestis iræ. Porro, ne Iephthes quoq;

S e metiatur exitu huius praelij,
 E t intumescat insolens rebus bonis,
 D. anno obruetur protinus domestico:
 C edentq; fracti contumaces spiritus.
 E tenim arma in hostes perfidos cum sumeret,
 B elli secundus si daretur exitus,
 Q uodcunq; primum se obuiam ferret sibi,
 P romisit aris se daturum victimam.
 H eu quanta moles imminet tibi mali
 M iserande! quantis obruere luctibus!
 V t te propinqui credulum spes gaudij
 F allit! Propago sola, quæ patriam domum
 T ibi nata seruat, prima patri se offeret,
 V t gratuletur prosperum armorum exitum:
 M agnoq; soluet fœnore, ac iugulo luct
 F elicitationis misera præcox gaudium.
 A tq; ecce mater tristis egreditur domo,
 Q uam somniorum nocte tota terruit
 T remendus horror: nataq; parenti comes,
 P ræ se ferentes mentis ægrimoniam
 M œrore vultus, gestibus, silentio.

STORGE, mater. IPHIS, filia.

E Heu recenti corda palpitant metu,
 Mens horret, hæret vox in ipsis faucibus,
 N ec ora verbis peruium præbent iter:
 N octurna sic me visa miseram territant,

Et

E t dira turbant inquietam infomnia,
 G rauibusq; curis pectus vrunt anxium.
 A t tu nitentis summe dominator poli,
 A uerte in hostes luctuosum & funebre
 O men, mihiq; placidus, & gnatæ meæ,
 Q uæ sola spes & familiæ solatium
 S uperest, senectæ columen vnicum meæ.
 Q uin ominare chara mater letius,
 V anæq; causas abijce ægritudinis:
 E t ista mentis turbidæ ludibria
 S ecura sperne, spretaq; obliuiscere.
 V tinam liceret, sed metus veluti recens,
 Q uoties recordor, concutit formidine
 M entem, atq; imago somnij tristissimi
 O berrat animo: pectus horrificat timor.
 I am cuncta passim blanda strauerat quies,
 M utumq; nox induxerat silentium:
 V idi luporum concito cursu gregem
 R ictu cruento, spumco, rabido, vnguibus
 S æuum recuruis præcipite ferri impetu
 I mbellia, in pecora vidua pastoribus.
 T um pauidi ouilis fida custodia canis
 L upos abegit: atq; ad infirmum pecus
 T repidi timoris exanime adhuc memoriæ
 D enuò reuersus, è sinu timidam meo
 A gnæm reuulsam dente laniauit truci.
 O sol, ô vaga lumina lunæ,
 P ictaq; tacito sidera mundo

I ph.

Stor.

E t tu nox mihi conscia curæ
 N igris referens somnia pennis,
 S i quid natæ miseræ impendet,
 S i quem casum fata minantur,
 C aput hoc prius in tartara miserum
 D etrudite, dum spes ambigæ
 A lternantibus angunt curis
 I ncerta suæ pectora cladis.
 Iph. C ur miserè animum crucias mater,
 L uctūq; tuo cumulas luctum
 P ublicum, & acres renouas curas?
 O mine leto reducem potius
 P ositis questibus excipe patrem.
 Q ui nisi vano mens augurio
 C redula nimium pectora fallit,
 S polijs aderit clarus opinis,
 R emq; & laudem, & decus æternum
 G enti referens, patriæq; suæ.
 Stor. N on hunc tenorem parca mihi vitæ dedit.
 Q uod tempus vnquam lacrymis caruit mihi,
 E x quo parentis primium ab aluo prodij?
 P rimium iuuenta seruitutem patriæ,
 T ristesq; vidit hostici agminis minas,
 P ecorumq; raptus, sterile sine cultu solum,
 C ædes, cruores, vastitatem, incendia,
 P rofana sacra mista. Non vnquam mihi
 S ccura vitæ fluxit vlla portio
 V t trudit vndas vnda, fluctus fluctui

Cedit sequenti, pellitur dies die,
 Semper premuntur præterita nouis malis:
 Dolor dolori, luctui est luctus comes:
 Fratrem, patremq; perculit belli furor:
 Confecta curis mater inter funera
 Cognata senuit, perduelles perfidos
 Armis maritus vrget. His maius nefas
 Tamē veretur animus. Iph. Immodicus timor
 Facile sinistris adhibet augurijs fidem.
 Vtinam secundis audiam rumoribus
 Virum reuersum, sospitemq; exercitum
 Salua familia. Iph. Veniet haud dubiè parens
 Incolumis. Idem bella qui suasisit Deus
 Saluum reducet laude cumulatum noua.

Stor:

C H O R V S.

In ordanis vitreo gurgite qui rigas
 Conualles virides, pascua diuidens
 Fœcunda Isacidum flumine languido,
 Et nunquam posita frigoribus coma
 Formosum Solymæ palmiferæ nemus,
 En vnquam miseræ candidus asseret
 Curarum vacuæ lucifer hunc diem,
 Cum cernam patriam libera liberam,
 Quæ nunc seruitij vincula Barbari
 Infelix patitur. Nobilis Isaci
 Sanguis degeneris fert domini iugum:
 Et quos nec Phariæ rex tumidus plagæ

R 2 Vrgens

Vrgens falciferis terruit axibus,
 Nec trux purpurei seuities freti
 Vndarum refluis obruit æstibus,
 Nec deserta Arabum vomeris inscia,
 Nec portenta hominum mole cyclopia
 Fegerunt, timidi mancipium sumus
 Ammonis. Grauius flagitium est malo,
 Sub turpi domino segne iugum pati.
 At tu summe parens, qui mare turbidum
 Componis, placidi qui maris æquora
 Cauri nubiferis flatibus excitas,
 Et terræ stabilis dura tremoribus
 Fundamenta quatis, mobilis & poli
 S istis præcipitem cum libuit fugam,
 Cladibus tandem satiate nostris:
 Desine irarum, propiusq; fessis
 Gentis afflictæ facilis bonusq;
 Consule rebus.
 Nostri si pœnas meruit seueras
 Culpa, si quondam tibi separatam
 Abijcis sortem, vitij iniquus
 Si pater nostris, minus obsequentes
 Deseris natos, & inexpiata
 Ante dilecti populi querelas
 Despicis ira:
 Nec tibi Syrus, neq; dirus Ammon,
 Nec Phari rector tumidus minacis
 Expetat pœnas, neq; sit prophano

I n tuis castris gladio potestas.
 I gnis armatus potius trifulci
 T u pater dextram iaculis tremendis
 V indicis flammæ face contumaces
 O bruas vrbes, chaos aut patentis
 D euoret terræ miseros colonos,
 A ut superfusis adoperta tellus
 H auriat vndis.
 N e feros hostis tumeat secundis
 I n solens rebus, populusq; muti
 S tipitis cultor, tua qui nefando
 P olluit ritu sacra, ne quod ira
 S æuijt in nos tua, vertat Ammon
 I n suas laudes, carie peresi
 T hure dum placat simulachra trunci,
 T eq; vesano neget ore gentem
 S emper addictam tibi se premente
 P osse tueri.
 A h miser, quantos tibi risus iste
 M ox dabit fletus? Breue diluendum est
 G audium longis lacrymis. citato
 A duolat cursu leuis hora. tempus,
 V ana ni vatem species inani
 S pe fouet, tempus properat, vicißim
 C um grauis victor mala seruitutis
 S entiet duræ. Neq; enim cruorem
 V sq; sanctorum patiére inultum,
 N ec tuas aras dabis execrandis

P ollui sacris. Utinam supremæ
 T erminus vitæ mihi in hoc supersit,
 P atrio donec tibi sacra ritu,
 D um tibi gratum memori canamus
 P ectore carmen.
 S ed ecce celeri nuncius properat gradu.
 N i fallit animus, venit ab exercitu.
 A gnosco. sic est. scire quid ferat, iuuat.

N V N C I V S, C H O R V S.

Saluete veteris Abrahami filie,
 V ereq; sancti sancta progenies patris.
 I sthæc ne Iepthæ est Imperatoris domus?
 A n me sefellit error ambiguum vie?
 Chor. E t ista Iepthæ domus, & hæc est filia.
 S ed quam reportas spem, refer, si quid vacat.
 Nun. N empe istud ipsum missus huc sum, vt nunciem.
 F usis, fugatis hostibus, victoria,
 R e, laude parta saluus est exercitus.
 H æc summa. Chor. Paucis plurima vt cõplexus es;
 A uditæ primum, an visa fers, ediffere.
 Nun. V isa, acta, vera, certa, non rumoribus
 C ollecta vanis affero: vt qui prælij
 P ars ipse fuerim. Chor. Vt gesta res est, expedi.
 Nun. V obis lubenter gaudium hoc impartior.
 A urora primum luce cum rosea polum
 P erfudit, Ammon segnis impatiens moræ,
 E quis, virisq; bellicorum & curruum.

S trepitu tremendo latè inundarat solum.
 I amq; explicata legio peditum per suas
 S tabat cohortes, ferro & ære splendida:
 T urmæ curules antè curuis falcibus
 I bant minaces: fuderant se in cornua
 E quites vtrinq;: nostræ autem exercitus
 C ampi patentis vltimos colles tenens,
 N on asper armis, nec paratu bellico,
 S ed corda foetus numinis fiducia,
 I ræq; iustæ vindices animos gerens.
 I bi noster inter Imperator agmina
 P ræcone misso tentat absq; sanguine
 F inire bellum iure & æquis legibus,
 V terq; populus vt vetusti finibus
 C ontentus agri, ab alteris iniuriam
 V imq; abstineret, rapta dominis redderet,
 P acemq; bello, & certa dubijs præferat.
 C ontrâ superbus militum hostis copijs,
 A rmisq; fretus, increpat ferociter
 P ræconem, acerbis & minis calumniam
 A ddit: duello se petere puro, & pio
 A gros vetustos, vnde quondam Ammonidas
 E xpulerat armis, viq; proles Isaci,
 E gressa terræ finibus Niloticæ.
 Q uos si tenere perstet, atq; iniuriam
 B ello tueri præferat, quam reddere
 E reptæ per vim, vindices sibi Deos
 N on defuturos æqua postulantis

S in parta per vin iure malit linqvere
 S olymæa gens, & sponte cedat finibus,
 Q uos limes Arnon & Iebocus terminant,
 Q ua solitudo cogit agros vltima
 I ordanis vsq; ad lentè euntis flumina,
 A equis paratos facere pacem legibus,
 F actamq; gentis vtriusq; commodo
 S anctè tueri. Hæc præco postquam rettulit,
 R enunciare protinus Iephthes iubet,
 N ec se, parentes nec suos Ammonio
 P opulo dedisse fraude vel vi damna, nec
 Q uos repetat agros nunc, fuisse finium
 A mmonis vnquam, seculis quos iam tribus
 P ropago Iacobi absq; controuersia
 T enuit: nec vlla facta mentio interim est
 D e iure dubio vel ioco, vel serio.
 N isti fortè Chamos quæ Deus tenuit tuus
 T ibi iure cedent: noster autem quos Deus
 P ossedit agros, deseret. Non deseret:
 S ed vt antè bello victor agros hostibus
 A demit, idem iustus arbiter modò
 H uius secundos exitus pugnae dabit,
 E tiam secundum ius, & æquum. Vt rettulit
 H æc præco, rauci clangor æris æthera
 P ulsat, virorum clamor, armorum fragor,
 F remitus equorum, curruum stridor boat:
 C ælum remugit: fracta tellus axibus
 G emit: recussum duplicant montes sonum,

Virtute & astu quisq; pro se nititur.
 Ferit, feritur; pellitur, pellit: cruor
 Permutat annes. nocte sub densa polum
 Pulcrea nubes occulit. numero ferox
 Instabat Ammon, numinis fiducia
 Et causa nostris æquat animos iustior.
 Dum neutra cedit, vrget acies vtraq;
 Ecce inter vmbas pulueris, cadentium
 Lamenta gemitusq; inter, atq; hortantium
 Voces refulsit nube diducta dies,
 Et vtrasq; turmas redditus cælo fragor
 Impleuit. humilis omnium mentes pauor
 Consternat, ense languido torpent manus,
 Gelidumq; lentos frigus artus alligat.
 Ibi imperator voce noster maxima,
 Alacriq; vultu, Te parens rerum ducem,
 Tuumq; sequimur angelum. Deus, Deus
 Inimica flammis sternit illis agmina:
 Totusq; turmis fulget æther igneis.
 Hæc vox vtrunq; postquam exercitum
 Peruasit, amens alter in fugam ruit,
 Pavidulo nouatis instat alter viribus:
 Nec his sequendi finis, aut illis fugæ
 Fuit, tenebris donec atra nubilis
 Nobis quietem, illis latebras nox dedit.
 Cur victor ergo non reducit copias?
 Mance, vniuersi nondum habes belli exitum.
 Forsan refectis hostis instat viribus.

Ch.

Nunc.

Cho.

R 5

Siqui-

Nunc. Siquidem resument mortui vires nouas.
 N anq; omne robur perfide gentis Deus
 V no coegit demetendum praelio.
 E rgo aut perempti corporum cumulis locum,
 I n quo steterunt, obtinent, aut lurida
 F usi per agros strage pascunt vultures.
 E t ne resurgat denuo bellum nouum,
 M ultos in annos dux futuri prouidus
 P rospexit. Etiam peperit & nepotibus
 S eris quietem. Victor arma Ammonium
 P er omne nomen celeriter circumferens,
 B is dena muris vertit oppida dirutis.
 T ectis perustis puberes dedit neci:
 V astauit agros. debiles tantum senes,
 P ueri tenelli, & fœminæ imbelles solum
 V acuum pererrant, patriæ & casum gemunt.

CHORVS.

O' aurei dux luminis
 S ol, qui recurſu præpete
 V ices diurnas temperas,
 E t igne flammifer vago
 P artiris orbi tempora,
 P ost lustra tandem quattuor
 I ubar beatum in liberos
 F undis nepotes Ifaci.
 I nauspicatos impetus
 H ostis superbi dextera

I ephthæa fregit, spiritus
 A mmonis acres contudit,
 E t prædo præda factus est.
 N ec tela Scythico profuit
 P ennata neruos spargere,
 R apax nec axis impetus
 M inax recuruis falcibus,
 N ec vis equorum, aut fortium
 D ense phalanges militum
 P remente texerunt Deo.
 I amiam discite perfidi,
 I amiam agnoscite. Non lapis,
 N on lignum Deus est: neq;
 Q uod vel sculpsit artifex
 C ælo dextera ferreo,
 V el plastes facili manu
 F inxit, vultum hominis luto
 M entitus madido: Deus
 N oster arduus ætheris
 A rces incolit igneas,
 E t rerum sator, & salus,
 M aiestate sua potens,
 N ec cerni facilis, neq;
 M ortali docilis manu
 C ertam ducere imaginem.
 V ecordem ille superbiam
 R egum frenat, & impia
 V ota, & spes nimias malum

Iustus ducit ad exitum.
 Ille innoxia pectora
 Scelus pressa doloribus
 Presenti auxilio leuat:
 Et de puluere pauperem,
 Et custodem olidi gregis
 Sceptrum attollit ad aurea,
 Pastorum diademate
 Ornans tempora regio.
 Hunc unum dominum, & Deum
 Terræ dædala machina,
 Sub quocunq; iacet die
 Agnoscat, colat, atque amet.
 Et quam sol oriens nouis
 Subiectam radijs ferit,
 Et quam sub medio die
 Incendit propioribus
 Flammis, quiq; bibit Tagum
 Fuluo gurgite nobilem,
 Et qui perpetua niue
 Damnatas habitant plagas.
 Etia Hebræides aureis
 Comptæ colla monilibus,
 Perfusa ambrosiæ coma
 Sæuæ fragret odoribus.
 Etia Hebræides Indicis
 Comptæ tempora gemmulis,
 Terram multicoloribus

L atè spargite floribus
 C essant tinnula cymbala,
 C essant nablia, cum lyra
 V ictori domino nouum
 C armen dicere? tibiæ
 C esat multiforæ sonus?
 Q uis terram pede libero
 P laudit? mollibus & choris,
 F esto letus & ocio
 C uras diluit asperas?
 F estas victima dux gregis
 A ras imbuat: Arrabis
 S uaueolentia nubila
 I gnis halet odoribus:
 E t tu progenies ducis,
 M agni spes generis cape
 C ultus filia splendidos,
 E t patrem re ducem pijs
 L eta amplectere brachijs.
 I amiam purpureos sinus.
 I phi asume, retortulum
 I am cirrum cohibe. ferit
 A ures en fremitus virum.
 I pse est, ipse parens adest.

I E P H T H E S.

Regnator orbis vnus, & verus Deus,
 S olumq; numen propitium, pollens, potens,
 I dem seuerus vltor, & clemens pater,

T uis tremendus, & seuerus hostibus,
 T uis amicis lenis, & salutifer,
 I ræ timendæ, sed tamen placabilis,
 A more feruens idem, & irritabilis:
 N os seruitutis iusta præferunt mala,
 M eritasq; poenas dedimus impij impijs,
 Q ui te relicto rege, patrono, Deo,
 R erum parente, fonteq; perennis boni,
 A d saxa stultas muta sudimus preces,
 E t vana surdis vota lignis fecimus,
 P udet fateri mentis æternæ capax
 H omo, rationis particeps, mentis inopes
 T runcos adorat, thura viuus mortuo
 P ræbet, suumq; metuit artifex opus.
 E rgo relicti, qui reliquimus, sumus.
 P oenas subacti dedimus & fracti malis:
 C um nunc Idume, nunc Palæstinæ manus,
 N unc dirus Ammon, nunc Syrus contaminat
 H ereditatem gentis, & sortem tuæ,
 M alo eruditi, & hostium ludibrio
 T andem coacti, vix reuersi ad te sumus.
 A t tu benignus, atq; misericors Deus,
 I usli furoris fræna compescis tui.
 I ram remittis, & odij obliuisceris:
 E t abdicatos filios culpa sua
 R estituis iterum misericordia tua.
 D esectionis ceu scelestæ sit parum
 V eniam dedisse fontibus, cumulas nouis

E tiam triumphis, laudibus, victoria.
 E xutus armis hostis arcu languidus,
 A bijt remisso: bellici currus fugam
 T otis morantur sparsa campis funera:
 V olucresq; pascit, qui superbus vincula
 S olymis parabat: contegit strages agros,
 C ruorq; tumidas auget vndas barbarus.
 E rgo Creator orbis, & magne arbiter,
 M emores libenter mente grata gratias
 A gimus, habemus: supplicesq; victimis
 T uas ad aras patrio litabimus
 R itu, canentes te Deum, ac patrum patrem,
 Q ui per rubentis gurgites tumidos freti
 N ostris dedisti tutum iter maioribus,
 C idm te iubente pigra moles æquoris
 P osuit procellas, mobilis stupuit liquor
 C ursu coacto, & vitreus crystallino
 M uro pependit pontus hinc & hinc, viam
 P ræbere iussus. fœderis memor tui,
 P lacidus, propitiusq; accipe hæc serui tui.
 E xigua quanuis nota, grato pectore
 T amen profecta, debitaq; nuper tibi.
 Q uod primum ad ædes sospiti occurret meas,
 T uas id aras imbuet grata hostia
 S uo cruore, tuis beneficijs licet
 P ar nulla possit comparari victima,
 A t tu benignè memoris animi munera
 I nterpretaris, vt fideliter tua.

Promissa

P romissa soluis, vota sic reddi tibi
 F ideliter gaudes, potentiam exerens
 E rga rebelles, exerens clementiam
 E rga timentes. Vis nec vlla est altera,
 C ui terra, cælum pareant, & tartara.

IPHIS, IEPHTHES, SYMMA-
 CHVS, CHORVS.

Prodeo parentis reducis vt læta, ac lubens

C onspicio vultus. O' mihi secundum Deum.

G enitor verende, sine frui amplexu tuo.

C ur genitor à me torua vertis lumina?

Ieph. M e miserum. Iph. In hostes omen hoc vertat Deus.

Ieph. V tinam, sed in nos recidit. Iph. Heu quid audio?

Ieph. M iseræ parentem filiæ miserrimum.

Iph. H ei mihi tremisco: saluus est exercitus?

Ieph. F st saluus. Ip. Et tu victor? Iep. Ita se res habet.

Iph. N ulloq; corpus suciatus vulnere?

Ieph. S ic est. Iph, Quid ergo de profundo pectore

S ecreta ducis ingemens suspiria?

Ieph. I d scire non est tibi opus in præsentia.

Iph. H ei mihi, quid in te misera peccavi pater?

Ieph. N ihil, sed in te misera peccavit pater.

Iph. I n me profecto quod sciam, erratum est nihil:

N ec si fuisset, id tibi molestiam

A fferre debet. Nam parentum iniurias

A equo necesse est liberi vt animo ferant.

Ieph. S apienter, ac vt te decet, nata, loqueris.

Q uantoq; tu sapientius loqueris, meum

Pectus recludis altiore vulnere.

Quodcumq; mentem genitor exercet tuam,

Omitte. cunctis parta per te ciuibus

Tuo dolore gaudia haud contamines:

Tuaq; amicos sine frui praesentia.

Nobis pariet absentiam haec praesentia.

Belli pericla fortè rursum te vocant.

Discrimen armis grauius imminet domi.

Bello periculum grauius esse domi potest?

Bello salutem reperi, perij domi.

Imò & familia salua per te, & patria est.

Est, gratiamq; debeo hoc nomine Deo.

Ac nomine isto semper vtinam debeas.

Sed vereor ista vt salua persistant diu.

Quare secundae nunc pater cum maximè

res sunt, precari votatq; decet soluere:

Non cum refluunt sortis aura mobilis,

Palpare numen precibus, in re prospera

Obliuiosa sacra negligentia

deserere. Facilem quisquis incolumis Deum

Sibi demereri studuit, vbi res ingruit

Aduersa, nixus conscientiae bonae

Fructu rogare numen audet propitium,

Im sponte, vota nuncupat securius,

Et certiore spe futura concipit.

Im dudum id ipsum facere mecum cogito.

Quid te moratur? Ieph. Haec relinque filia

Curanda nobis. quod puellares decet

Iph.

Ieph.

Iph.

Ieph.

Iph.

Ieph.

Iph.

Ieph.

Iph.

Ieph.

Iph.

Ieph.

Iph.

- A nimos & annos, id tuæ curæ puta.
- Iph. N on mihi alienum est, quicquid ad patrem attinet.
- Icph. F ateor, sed interim vt domi rectè omnia
S int, prouide, & morem patri tuo gere.
H uc rursus ad nos pòst breui reuertere.
A desse oportet te sacrificio statim.
- Iph. F iet, reuertor. Heu misera, quidnam patri
M utauit animum pristinum erga liberos?
H oc nemo nuper fuerat indulgentior,
N ec liberorum quisquam amantior parens:
Q ui nunc seuerus, tetricus, tristis, ferox
V ultu minaci bellicum præ se ferens
A dhuc tumultum, quicquid est, metuo nimis.
I d assequi vnum nequeo, quod propter me ait
S ese dolere, nullius quæ conscia
C ulpæ mihi sim, qua parentem offenderim.
O ÷ foeminarum sorte vulgus aspera
P roductum in auras, quas, licet culpa vacent,
R umor malignus dente rodit inuido:
P ro factò habetur quicquid ira finxerit
S erui loquacis, quod maritus suspicax
C ommentus ipse est, maleuola aut vicinia.
Q uid suspicetur genitor, in mea manu
N on est. Remedium id arbitror tutissimum
I ntaminata conscientia frui.
- Sym. P robè loquuta es digna patre filia
V ictore, casta digna matre, & patria.
H umana quanuis finxerit malignitas

Crimen, repostos perspicit sensus Deus,

Illōq; vincit purus animus iudice.

Speranda ab illo, & expetenda præmia

Vitæ peractæ. patris autem iniuria

Aequi ac iniqui perferenda est liberis.

Proinde patri morigera domum interim

Ruise. Si quid fama diuulgauerit,

Hic aucupabor, persequens vestigia

Tui parentis: mox tibi indicauero.

Quin hoc amice pergis agere Symmache?

Id diligenter fiet. Chor. At quantum potes,

Isto puellam libera trepidam metu:

Hoc poscit abs te ius amicitie vetus,

Quæ culta primis vsq; ab incunabilis

Fidei tenore semper vno persistit:

Hoc poscit ipsa patria, quæ Iephthæ suam

Debet salutem. Sym. Quin tace, ac fidei meæ

Permitte. Chor. At illud callidè vt fiat, vide,

Animiq; cæcos penitus excutias sinus.

Nemetue. nec me poterit ille, nec volet

Calare sensus: apta noui tempora.

Chor.

Sym.

Sym.

CHORVS.

I felix, pede fausto,

Et qui pectoris imo

Cernit clausa recessu

Idem testis, & æquus

Iudex cœpta secundet.

At te pessime liuor

A udax neſtere fraudes,
 E t committere ficto
 D ulces crimine amicos,
 E t rumore maligno
 S anctæ ſœdera tedæ
 P ræceps ſoluere, charos
 Q ui gaudes ſua patres
 C ontra pignora cæco
 L inguæ armare veneno
 I dem teſtis, & idem
 S ecreti arbiter æquus
 T e clauſam tenebroſi
 A ntris abdat auerni,
 V nde has nec vaga ſedes.
 V nquam fama reuiſat.
 O quantum ille laborum
 T ecum detrahet vnâ.
 Q uàm mortalia diris
 C uris pectora ſoluet.

SYMMACHVS, IEPHTHES.

Quidnam repente ductor armis inclite

M utauit oris priſtinum ſtatum tui?
 C uæ moeſtitudo læta turbat gaudia?
 M etus receſſit, perduelles perfidi
 P ænas lucrunt, parta patriæ quies.
 C ùm gratuletur ciuitas victoriam
 T ibi, tuumq; patria nomen laudibus
 I n aſtra tollat, cantibus feſtus fremens,

Qui

Qui publici author gaudij es, non publicæ

F elicitationis esse debes particeps?

O' grata sortis infimæ securitas.

Ieph.

F elice natum fidere illum existimo,

P rocul tumultu qui remotus exigit

I gnotus æuum tuta per silentia.

A t ego beatum potius illum duxero,

Sym.

C ui vera virtus peperit æternum decus:

Q uem de tenebris erutum popularibus

S plendore, vulgo & separatum à deside

G loria futuris merita seclis consecrat.

A t qui sopori deditus, & ignaviæ est,

E t vitam inertem pecudis instar transigit,

N il interesse opinor, an sit mortuus,

A n morte vitam obscuriorem duxerit,

C ùm par vtrunq; supprimat silentium.

Q uapropter in te cuncta cùm congesserit

Q uæcunq; amicum numen homini dare potest,

L audes, honores, rem, decus, victoriam.

B enignitatem agnosce gratus numinis,

N ec sordidis sententijs res splendidas

C orrumpe, cùm nil possit esse gratius

D eo, beneficij quàm memor animus dati.

P ræclara dictu res honor, victoria,

Ieph.

D ecus, triumphus, parta bello gloria.

A t quæ videntur fronte prima suavia,

E adem intuere propius, & intelliges

C ondita fellis acri amaritudine.

F ortuna nulli sic refulsit prospera,
 A duersa vt illam lance non penset pari.
 T ristia secundis, & secunda tristibus
 V icifitudo acerba fortis temperat.
 P utas beatum me, beatitudinem
 F ulgore inani metiens, & plausibus
 V ulgi, miseræ quem premunt certissimæ?
 Sym. Q uin finge sortem hencuolam ex sententia
 T ibi polliceri cuncta, quid superest adhuc
 Q uod concupiscas? Spretus, exul, patria
 D omo repulsus, inq; solitudinem
 D etrusus altam, pauperis dominus case,
 R epentè veluti somnio diues, tamen
 F elicitatibus arbiter iniquus tuæ
 C onquereris. Altam ferre si sortem nequis,
 P usillus animi es, sin nequis agnoscere
 B enignitatem numinis, dignissimus
 R ebus relictis, pristinoq; es tugurio.
 P er ferrum & ignes regna mortales petunt:
 T ibi nec petenti principatus contigit.
 S uo cruore plurimi victoriam
 R edimunt, suorum cæde, damno publico,
 Q uam tu incruento Marte, saluo exercitu
 I ncolumis ipse rettulisti, patriæ
 A uthor salutis, hostium terror, inopi
 D e sorte diues, liber è seruo, modò
 I gnobilis, nunc clarus altum vertice
 P ulsas olympum gloria, media modò

E plebe, populi principem locum tenes.
 A d absolutam nil beatitudinem
 D eest parte ab omni, præter animam muneris
 T anti capacem, & prosperis rebus parem.
 V t video, amice, publicus te error tenet:
 A t mentis oculis limpide si cerneres
 Q uam magna magnis sint malis obnoxia,
 T antoperè quem nunc laude prosequeris, statum
 R erum mearum diceris miserrimum.
 N on penè vitio semper id nostro euenit,
 E t inquietæ mentis inconstantia,
 N eutram ut feramus lance sortem æquabili.
 T ranquillitatem pauperis laudat casæ
 D iues, nec alta classico silentia
 T urbata, somnos liberos in somnijs,
 C uris vigilias. Pauper aurum, purpuram,
 S eruos, clientes, apparatus regios,
 A cdesq; laxas sine nullo laudibus
 T ollit, beatos diuites solos putat.
 S ed rem suoapte expende vtrinq; examine:
 S ors neutra pura est omnibus molestijs.
 I nopēs egestas angit, opulentos metus.
 D iti est voluptas, pauperi securitas.
 A cerba letis fors vtrinq; miscuit.
 S ed illa certè existimanda est optima,
 Q uæ multa paucis leta condit tristibus,
 D iuina qualem tibi dedit clementia,
 C umulatam honore, laude, re, victoria:

Ieph.

Sym.

- Q uam abnuere stulti est, perfidi haud agnoscere,
 N escire modicè ferre, vix reor viri.
 Ieph. F rustrà mederi pharmacis vulgaribus
 C onare nostro vulnere: sanabilis
 H æc plaga non est, intimis vitalibus
 I nsedit, altè in viua penetrans viscera:
 E oq; luctus est acerbior meus,
 Q uod culpa damnum, miseria errorem grauat.
 Sym. Q uin apud amicum quicquid est ediffere,
 F idisq; ne vereare rem credere auribus.
 Ieph. E cquid memoria te subit voti mei?
 Sym. Q uod nempe saluo es pollicitus exercitu?
 Ieph. R em loqueris ipsam, quod vtinam prudentior
 V oto fuisset nuncupando, & cautior.
 Sym. Q uis hic sit error, comminisci non queo.
 Ieph. Q ui me meamq; perditurus est domum.
 Sym. O blata poterit perdere omnes victima?
 Ieph. Q uæ sola generis supererat spes filia.
 Sym. H anc immolabis? quæ iubet necessitas?
 Ieph. Q uòd prima nobis obuia redeuntibus.
 Sym. Q uod tandem in hac re nata commisit scelus?
 Ieph. P romissa certam vota postulant fidem.
 Sym. H ic scrupus animum scilicet premit tuum?
 Ieph. P remit, nec auelli ante pectori meo
 P oterit, nefanda quàm cruentus victima
 M iser vbi miseros perditus perdam meos,
 I llisq; iustas, ac mihi poenas luam.
 A t tu corusci rex vibrator fulminis,

Q uem contremiscunt terra, cælum, tartarus,
 S i quando iussis obsequens promptè tuis
 G ratum quod esset dixerim'ue aut fecerim,
 A udi precantem, & vota dexter adiuua:
 N on nunc superbas postulo victorias,
 F estosq; plausus, redde rursus prælia:
 C rudelis in me victor Ammon irruat,
 E t noxiam animam mille plagis exigat.
 H eui mutatio subitæ sortis: Chor.
 V t perpetua serie letum
 N il mortalibus vsq; relictum est:
 A ut tu trifulcis diuidens cælum ignibus, Ieph.
 I n me scelestum parricidam & impium
 M olire telum flammeo actum turbine:
 I am nunc nocentem, & si supersit amplius
 V itæ, futurum nozium in dies magis
 D etrude viuum sub profunda tartara.
 N on transigenda temerè res est tam grauis, Sym.
 T urbata cæco dum tumultu mens furit:
 C ompone te te. cum quiescet impetus,
 E t liber animus sana consilia audiet,
 V nà cum amicis cuncta statues liberè.
 C onsilia dubijs remedium rebus ferunt. Ieph.
 Q ui consulit, cum nullus auxilio est locus,
 A ddit miserijs sponte stulticiam suis.
 R emedia semper integra re suppetunt. Sym.
 N empe medicinam cum modus patitur mali. Ieph.
 S i fors initio res videtur ardua, Sym.

N on est quod animum protinus despondeas.

Q uim consulendum censeo vel eo magis,

Q uod sepe visum est vni inexplicabile

E xpedijt alius facile. si cedant bene

C onsulita prauè, te sequetur gloria:

S i malè ceciderint, tu tamen culpa vacas.

A uthore magno desipere penè sapere est.

Q uod si vndiquaq; claudit omnes exitus

I nuieta vis, aut fatum ineluctabile,

N ec explicare consilia sese queunt,

I dem probabunt quicquid eueniet, quibus

V sus fuisti in consulendo authoribus:

S in ipse reliquis facinus inscijs nouum

P erages, rogatus qui probaturus fuit

E uenta primus arguet: quanquam sciat

R emedia nulla, scisse vult credi tamen.

N e commonentem recta sperne. nam ferè

T emerè patrati poenitentia est comes.

CHORVS.

Q uanquam tristia, quanquam ingrata

R eferam, & luctus luctibus addam,

S tat sententia promere cuncta

O rdine matri, miseræ & gnatæ,

A ut consilio fortè, aut precibus

F atum auertere triste licebit.

S ubit interea communi hominum

S orti impendere lacrymas. primum

Q uid deplorem? miserum an patrem?

Quem

Quem sic valida compede vinctum
 Consilij exors detinet error,
 Vt sola putet impietate
 Se pietatem posse tueri.
 Miseræ an doleam fata puellæ?
 Quam vernantem primo ætatis
 Flore tenellæ spes ad opimās
 Eductam, non hostica bella
 Patria capta captam eripiunt;
 Non dira lues coelo immissa
 Perimet, patrio sed mactatu
 Victimam diras imbuet aras,
 Et vice brutæ pecudis iugulo
 Calidam sanguinis euomet vndam,
 Artus ferro trunca tenellos
 Quos nec violet barbarus hostis,
 Nec montanæ feritas vrsæ
 Crudo auderet carpere dente,
 Victore feret patre misella,
 Quæ nec victore hoste tulisset:
 Vos hostilia passim campis
 Parsa cadauera, si quis vita
 Venit exutos sensus ad artus
 Gaudete, aspras cernite poenas
 Victorem de sese exigere.
 Hæc nimirum est addita nostræ
 Vitæ sors, vt tristia letis
 Vicibus subeant, tenebræ vt soli,

V t veri aspera bruma tepenti.
 N ulla est adeò pura voluptas,
 Q uam non tetro felle dolores
 V itient: leuitas perfida sortis
 V ice seua res hominum miscet.
 S ic vbi placidis sternitur vndis
 A equor tacito lene sereno,
 N igram glomerans turbo procellam
 T umidos longè cumulat fluctus:
 H inc remeabilis impetus æstus,
 I llic Cauri flabra proterui,
 P erfreta dubiam spumea puppin
 R apiunt, nostræ hæc facies vitæ est
 I nter cædes, furta, tumultus,
 E t grauiores morte timores,
 M ortis si quid leti illuxit
 V elut arentes inter stipulas
 F lanmæ euanida lux fugitiuæ
 C eleri velox auolat aura.
 D ein perpetuis nexa cathenis
 L ongi subeunt agmina luctus.

IEPHTHES, SACERDOS.

O' sol diurnæ lucis author, ô patres,
 O' quicquid hominum sceleris immune es procul
 A uerte vultus execrandis à sacris,
 A ut tu cruorem virginalem innoxium
 P otura tellus hisce patulos in specus
 S inuq; vasto me vora, dum non nocens

Perire

P erire possum : quolibet me obrue loco.
 V el ipsum adire non recuso tartarum,
 M odo parricidæ tartarum non incolam.
 Q uid tartarum aio ? tartarus mihi est domi.
 Q uo me profusis mœsta coniux lacrymis
 R ogabit ore ? nata quo intuebitur
 M oritura vultu ? colla complectens preces
 Q uas admoëbit voce lamentabili ?
 H ic ultimorum consequi luctus solet
 C omes malorum cum medentium manum
 V ulnus recusat, aut peractum cum scelus
 R emedia refugit. Tu miser sis, an secus,
 T ua repostum est in manu. integrum tibi est
 N atam sacrifices nec 'ne, siue vt verius
 D icam, integrum non est, nisi si quis miser
 S ponte esse cupiat. integrum quomodo tibi est
 I d perpetrare, sacra quod vetat parens
 N atura ? pietas cui reluctatur ? Deus
 Q uod abominatur ? primum amare liberos
 N atura nostris inseruit affectibus:
 N ec nostra tantum motus iste pectora
 P ercellit, altum quicquid æquor permeat.
 C eleri natatu, quicquid alis aëra
 F indit, quod vtero cunq; cunctorum parens
 T ellus creauit, sentit affectus sacros.
 N am patris hanc æterna prouidentia
 C ælestis animis indidit mortalium
 A d educandos vtilem vim liberos,

Sac.

Et

E t continendam publicam concordiam
 O rbis recentemq; sobolis propaginem
 S emper nouandam. quoq; nomen arctius
 I mprimeret istud mentibus, dici pater,
 E t esse voluit. nec modò exemplo sui,
 S ed & ferarum, & alitum atque piscium
 P atriae probauit charitatis vinculum,
 N os, quibus vt hominis seruiamus nomini,
 P eculiaris debet esse humanitas,
 L ongè à ferarum vincimur clementia,
 N ec scelere nostras inquinare dexteras
 S at est. nefandum facinus ascribere iuuat
 C ælo: cruentis victimis consingimus
 G audere numen. quod nec Aegyptus Dei
 I gnara patrat, nec superstitionibus
 A Byria falsis vna deditissima.
 Q uam cæde puras nos manus est æquius
 S eruare puris è parentibus satos,
 E t pura castè sacra iussos numini
 O fferre: nostro non litatur victimis
 D eo cruentis, bubulo ue sanguine,
 P olluta nullo corda sed contagio,
 E t mens recocta veritate simplice
 I lli offerenda & casta conscientia.
 Ieph. C ur ergo leges victimas sacræ imperant?
 Sac. N on quòd bidentis cæde gaudeat Deus,
 F anem ue cæsi carnibus vituli expleat,
 S ed audientes esse nos monitis iubet.

- N**on nuncupata vota oportet reddere. Ieph.
Sed nuncupare iusta tantum lex iubet. Sac.
Istud fuisse rectius ab exordio Ieph.
Id polliceri, quod probant ritus patrum.
Nunc re peracta quod semel votum est Deo,
Lex missa cælo nos iubet dependere.
Mactare natos quæ parentes lex iubet? Sac.
Quæ vota iussit nuncupata reddere. Ieph.
Fas ne est vouere, quod nefas est reddere? Sac.
Quinimo summum est, vota non soluere, nefas. Ieph.
Quid si cremare iura vouisses patrum? Sac.
Nemo ista sanus vota nuncupauerit. eph.
Cur? nonne sacris quod repugnent legibus? Sac.
Sic est. Sac. Quid ergo qui trucidat liberos? Ieph.
Non tam quid agitur interest, quàm cur agas. Ieph.
Parere iussis tibi videtur numinis? Sac.
Mactare natum iussit Abrantim Deus. Ieph.
Qui iussit, idem quoq; vetuit occidere. Sac.
Cur ergo iussit? Sac. Ut probaretur fides Ieph.
Sæclis futuris. Ieph. Cur vetuit? Sac. Ostendere
Vel hinc volebat, victima obedientiam
Magis placere. Ieph. Nempe sacro numini
Parere oportet. Sac. Scilicet. Ieph. iubet Deus
Vouere? Sac. Sanè. Iep. Et vota solui postulat?
Sic est. Ieph. Morantes increpat, & à perfidis Sac.
Pœnas reposcit? Sac. Nihil habes hinc quo tuum
Possis tueri facinus. infandum scelus
Qui perpetrare spondet, vltro affectibus

S tultis suisq; paret ille infomnijs.
 P roinde voti. quicquid istud est, Deum
 C rudelitati desine ascribere tuæ:
 N ec qui scelestos odit & nefarios
 R itus sacratis execratur legibus,
 S celere quod odit posse placari putes.
 D iuina vox est vna, simplex veritas,
 S ibiq; constans: quod semel iussit, ratum,
 F ixumq; perstat tramite immuatbili:
 N ec ad sinistram, dexteramue paululum
 D eflectere licet. intueri vnum hunc scopum
 V erum est, ab vna lege consilia suæ
 V itæ capessere, quando ceu facem Deus
 H anc esse iussit, quæ per incertas vias
 E rrore cæco regeret instabiles gradus.
 A b hac lucerna cum procul te sentias
 F lexisse temerè, nunc priusquam longius
 A bducat error, in viam rursus redi.
 S i stulta vota credis infandis sacris
 P ossè expiari, falleris. crudelitas
 I sta cumulabit. non scelus tollet tuum:
 N ec falsa species decipiat animum. Deus
 V tritè sacris gaudet oblati, ita
 N efanda vota respuit. nec abstulit
 I mpunè, quauis concitus studio pio,
 A dmouit ignem qui profanum altaribus.
 I gitur amica monita ne sperne, & Deum
 P lacare dum vis, concitare desine,

N on instituto qui coli gaudet tuo,
 S ed sibi probatis lege, ritu, moribus.
 H os qui videntur sapere sæpe plurimum,
 V ulgusq; supra se imperitum venditant,
 P lerunq; veræ comperi prudentiæ
 M inimum tenere. nemo negligentius
 R itus vetustos seruat, & mysteria
 F acit minoris. vulgus indocile, ac rude
 V oti tenax est, nescium fraudis, ratum
 Q uod pollicetur numini semel, putat:
 V t nil sit aliud sapere iam, me iudice,
 Q uàm scire velum noxiæ prætere,
 F ucumq; factis pessimis inducere.
 Q uin potius illud cogitare erat æquius,
 C ulpa carere, quàm videri innoxios,
 A ut fraudulentæ cautionis tegmine
 V elare mentis improbæ versutias.
 P ietatis ergo quisquis æmulos volet
 S uos haberi liberos, ne litteris
 H os erudire studeat æquo impensius.
 N am litterarum quo quis est peritior,
 H uic est sacrorum cura negligentior.
 A t rursus audi si vacat, vir optime,
 Q uàm cæca fallat credulum ignorantia.
 E rrore vulgi qui tuctur se, nihil
 O pinor ideo peccat excusatius.
 N ec istud vnquam moribus regnum malis
 P ermittat ille maximus rerum parens,

Ieph.

Sac.

V t recta plebis improbae consensio
 I n praua vertat, e bono vt faciat malum.
 N ec si tyrannis blandiens palpatio
 P eiora laudet, recta mutans nomina,
 E fficiet vt quæ visa multitudini
 H onesta sunt, honesta fiant protinus.
 V na est honesti forma simplex, quam neq;
 V el vis tyranni, vel potentum authoritas
 A dulterare poterit, aut corrumpere.
 N unc quo quis est è plebe ferme indoctior,
 A uthoritatem assumit arrogantius
 D iudicandi in rebus obscurissimis:
 E t pertinaci, quòd ferè ignorantia est,
 A nimo tuetur dogma susceptum semel.
 N ec interim æquo expendit examine mala,
 A n recta sint, quæ pertinaciter tenet.
 S ed cum inter omnes maximè cæcutiat,
 C æcus videntes cæcitatibus arguit.
 V t cui perusta febre feruent viscera,
 A mara cuncta credit, vnumq; autumat
 S e sapere, cum desipiat vnus maximè:
 S ic vos tenebris pectus atris nubili
 I is imperare quæritis, quibus æquum erat
 P arère: quorum oportuit sententiam
 S equi, esse comites cogitis, & impingere
 I n saxa firmam sponte pellen tes ratem.
 R eligio vera est, veraq; pietas, Deum
 N on insituto colere, quod commentus est

Tibi ipse, sacris victimas non quaslibet
Mactare, sed quas missa legum cælitus
Decreta poscunt, & patrum mores probant.
Quodcumq; gestum est mente sincera, Deo
Gratum est, boniq; dona semper consulit,
Quæcumq; corde sunt profecta simplice.
Nec numen aurum, sed animum dantis probat.
Sirecta vitiat mentis improbitas male,
Non ideo curua stultus animus corrigit.
Nam quæ vocatis recta, simplicia, proba
Sunt vanitatis plena dementissime.
Nisi esse possit fortè quicquam vanius,
Quàm ad veritatis lumen oculos claudere.
Dein cæcitatem lapsus in spontaneam
Titulis honestis in scelere laudem petis,
Rerumq; tollis omnium discrimina,
Dum iniqua iusta, fœda honesta mobilis
Pendere vulgi statuis ex sententia.
Quòd si potestas tanta sit sententijs
Stultorum, vt æqua iniqua faciant protinus,
Vt sint profana sacra, ius iniuriæ:
Cur non & illud arbitremur posse eos,
Ignes in vndas, vndam in ignes vertere,
Mutare lignis saxa, vitam mortuis
Reuocare, motus temporum sistant citos,
Et sempiternas transferant rerum vices.
Quòd si arbitraris hæc supra mortalium
Vires, & vni conditori obnoxia,

Iephi

Saci

Q uas ille leges prodidit semel puta
 A eque perennes, ac ratas, aut amplius,
 N ec vllum in illas esse ius mortalibus.
 N ec qui supremus imminet mundo dies,
 E dicta rumpet illius. cælum, & solum,
 E t aëra, & aquas soluet ignis vltimus:
 D e lege verò quæ data est diuinitus,
 N on carpet apicem temporis longinquitas.
 Ieph. V os ista per me si libet sectamini,
 Q uos iuuat haberi antistites prudentiæ:
 E go veritatem malo stultam, & simplicem,
 Q uàm splendidam fūco impiam sapientiam.

C H O R V S.

O' Isacidas matrona inter
 R arum exemplum fortis amicæ
 Q uàm subito te fortuna atrox
 E xitio submersit, & illum
 P ropè tangentem sidera fastum
 O bruit, atræ & more procellæ
 L uctu gaudia vertit acerbo.
 H cu nunquam homini sat compertum
 Q uid petat, aut quid vitet in horas.
 Q uis tibi nuper non inuidit
 D ux fortissime? cui propè supra
 V otum acciderant prospera cuncta:
 C lari generis splendor, casti
 T halami, soboles digna parente,
 P artaque; valida gloria dextra.

Q ui nunc subitæ mole ruinae
 O brutus ipsis es miserandus
 H ostibus, ac tua vota retractans
 I mplex miseris astra querelis.
 N empe erroris nebula, & tetrus
 I gnorantia septa tenebris
 S ic humanas sepelit mentes.
 N ec perspicuis animi quisquam
 O culis radios cernere potis est
 V eri simplicis, aut virtutis
 N udæ rectum insistere callem.
 S ed veluti sub luce maligna
 P er secretos nemorum anfractus
 L ubricus error mille viarum
 D ubio occurfu ludit euntes,
 I nter varios semita flexus
 N ulla placet, neq; displicet vlla:
 S ic inter, homines præter propter
 D ubia incerti mente vagamur.
 H ic venalem funere laurum
 O cij impatiens dum sibi quærit,
 L uctu alieno dura per arma
 R edimit vanæ murmura famæ.
 C aptatores alius captans
 D ulci steriles pignore lectos
 M ulta pensat plebe clientum.
 A tq; intenta fraude vicissim
 C oruos ludere gaudet hiantes

C unarum alter murmura blanda
 T enero & balbas ore querelas
 N on mutauerit opibus Cræsti,
 A ut quas diuite lucidus vnda
 R utilas Hermus voluit arenas.
 V crum nemo tam sapienter
 V itam instituit, consilium vt non
 D amnet decies ipse suum vna
 F orsit an hora.

A tque en prodit squalida luctu
 M iseram comitans nata parentem.
 Q uam dissimiles pro dolor illis
 Q uæ conspicuæ nuper cunctis
 L ætæq; noui laude triumphum:
 P enè attigerant vertice olympum:
 N uper ad inuidiam vsq; beatæ,
 N unc exemplum nobile sortis
 V ariæ. sic Deus humana rotat,
 I nstar volucris pulueris æsti
 T urbine celeri mobilis auræ:
 A ut hybernæ more procellæ,
 Q uæ violenti flamine Cauri
 O bruit altos grandine montes.
 M ox vbi roseo fulsit ab ortu
 F ax perspicui pura diei,
 L atè albentes fusa per agros
 V ix conspecto sole liquefcit.

STORGE, IEPHTHES,
IPHIS.

O spes inanes : festa nuptialia

Tibi paravam nata, lucem cernere
 Illam expetebam, sorte cum te prospera
 Auctam viderem liberis, et coniuge
 Claro beatam : te senectutis meae
 Fore pollicebar columen ac solatium.
 De te augurabar falsa frustra insomnia.
 Nunc me insolenti saeviens ludibrio,
 Sortis furentis impotens immunitas,
 Felicitatis de supremo culmine
 Deiecit, vno cuncta vertens impetu.
 Oter beatos, liberis quos hosticus
 Orbavit ensis, pestilens aut aëris
 Lues, famesue, scelere quorum lacrymae
 Carent, doloremque imputare alijs queunt.
 At hic in vno scelere sexcenta scelera
 Fortuna miscet, liberorum carnifex
 Parens, scelesti sacra, ritu barbaro
 Aerae cruentae victimis nefarijs.
 Si sancta sanctè sacra tantum numini
 Credis probari, tolle morem barbarum:
 Crudelitate sin propitius fit Deus,
 Et me trucida victimam cum filia.
 Acerbitatis plus satis complectitur
 Sors nostra per se, nihil ut ac cedat mali:
 Quamobrem omitte meque; teque incendere

Ieph.

Nil

- N il profuturis luctui conuicijs.
 N am seua quanuis sit calamitas omnium,
 S ors nostra multo cæteris est seuior.
 C oniuincta vestris innocentia est malis,
 E t labe sceleris miseria infelix caret.
 E go nec scelestus esse queo, ni sim miser.
 N ec calamitosus sceleris expers degere:
 S olusq; cogor facere facinus, & pati.
 Stor. N empe ipse te te sponte cogis, & volens.
 Ieph. V tinam ista nostri vota sint arbitrij,
 P romissa nec sit abnegare nefarium.
 Stor. S celesta vota grata non sunt numini.
 Ieph. F uisse grata testis est victoria.
 Stor. Q uid? polliceri quod tuum non est, potes?
 Iep. M ea nata non est? Sto. Est. sed etiam vt sit mea,
 C ommune pignus cum sit, vni cur patri
 M actare, vitam mihi tueri non licet?
 Q uod si liceret liberos addicere
 P arentis alterius libidini, & impio
 D irimere amoris vinculum diuortio,
 P lus iure matri parte cederet sua:
 M atri, salutis quæ sit author, quæ patri
 I am sponte natam perdituro subtrahit,
 Q uid nuptiales si pararentur faces,
 V irumq; legeret filie suæ pater,
 N on hîc parentis vtriusq; arbitrium
 C ommune pariter liberis incumberet?
 A t hæc societas impotens, & arrogans

E st coniugalis copulæ consortium
 S eruare matri non licere, perdere
 L icere patri, si modo quis perdidit
 H anc, quam trucidat: cuius astans funeri
 I mmanitatis gloriatur ambitu:
 Q ui claustra dum reuellit animæ, dum latus
 M ucrone seuo reserat, & vitalibus
 H aurit morantem sub profundis spiritum
 C upit videri, non eget solatio.
 F amam aucupatur liberorum è sanguine, &
 C ompensat aura sanctimoniæ scelus:
 S eseq; iactat laude parricidij.
 T u si parentis exuisti in liberos
 M entem, furenti percitus recordia,
 P ermitte saltem matris indulgentiæ
 A mare, non amare quod summum est scelus:
 S eruare, summum quod nefas est perdere:
 Q uod prodidisse sponte parricidio
 E st grauius omni: quod trucidare propria
 M anu, ferarum immanius truculentia est.
 S i diuidendum pignus esset mutui
 A moris, æqua lege non diuisimus:
 V t tu uti, abuti morte, vita filij
 P ossis, redundet ad genitricem modò
 L uctus, dolores, lacrymæ, suspiria.
 O rupe dura durior, vel robore
 P rognate crudo, cotibus vel asperis
 I nter ferarum lustra, nec generis tenens

Nostri

- N ostri, nec vlla sanguinis vestigia.
 N um flente nata, lacrymante coniuge,
 M æstus propinquis, liberorum carnifex
 V llum doloris indicem gemitum dedit?
 Q uin ad paternos nata procidis pedes?
 O ratione si quid, aut lacrymis potes,
 C or flecte durum, frange mentem ferream.
 Iph. M iserere, genitor, te per hanc rogo manum
 V oti potentem, compotem victoriæ.
 P er si quid vnquam merita sum de te bene:
 S i quando paruis comprimens te brachijs,
 O nus pependi dulce de collo tuo:
 P er si quid ex me tibi voluptatis fuit,
 D epone mentem liberos erga truce[m],
 E t diritatis huius obliuiscere.
 A ut si quid in te ex parte peccatum est mea,
 P rofer. quod instat cunq[ue], leuius perferam,
 S i luere pœnas iure me cognouero.
 Q uid ora vertis? misera quod feci nefas,
 C ur esse patri debeam execrabilis,
 V t contueri non queat vultus meos?
 Ieph. N il nata per te perpetratum est, hoc meum
 N efas, meum istud est scelus totum: meæ
 I mmerita pœnas pendis imprudentiæ.
 E go teq[ue]; meq[ue]; misera, perdidit miser
 V otis nefandis. quod vtinam prudentior
 V erbis fuisssem, aut prælio infelicior:
 E t morte honesta tot virorum fortium.

Inter cateruas caesus hostili manu
Preoccupassem miseriae portum meae.
Ingrata nunc me vita mihi superstitem
Luctus reseruat semper ut videam novos.
Tibi per nefanda sacra iuro, quae Deo
Renuente voti, per mali cumulum mei,
Et luctuosam memoriam cladis tuae,
Si morte redimi mors vicaria queat,
Vitam libenter filia tibi impenderem.
Ecquid beatus videor esse vos supra?
Aequè atq; nos, aut amplius etiam miser.
Apud parentem quando leuis autoritas
Est huius, vnum coniugem coniux rogo,
Atq; id supremum, me mori pariter iube.
Mortem imputare, si me amas, potes mihi:
Sin oderis, tibi, doloribus exime
Me morte, teq; libera molestijs.
Patratur vna caede sceleris plus satis.
O sanctitas, ô fas, & innocentia:
Peccare metuit immolator filiae.
Omitte mater lacrymas charissima,
Omitte questus, iurgia, & conuicia.
Et tu pater, quae pectus anxium premit.
Depone curam: nec meam propter necem,
Vltro citroq; verba commutaueris.
Quod non volentem dura te necessitas
Isthuc coëgit, multa mihi faciunt fidem:
Mœstitia praesens, pristina indulgentia,

Iph.
Stor.

Ieph.
Stor.

Iph.

E t nullius mens criminis mihi conscia,
 C ur commereri debeam mortem à patre.
 Q uapropter istud quicquid est necessitas
 Q uod cogit, vltro non recusa perpeti.
 E t quam parenti, patriæq; debeo
 A nimam, libenter reddo, & illud vltimum
 N il postulatura genitrix posthac rogo,
 N e quid patri causa mea succenseas,
 N eu sis molesta. mortuis si quis super
 S ensus sepultis est eorum quæ gerunt
 V iui, futurum crede manibus meis,
 V t si quid aliud, id quidem gratissimum,
 S i vos beatos, prospereq; degere
 S im certa vitam: nec parentes ad meos
 O fficia vitæ mutua quibus debeo
 R eddere vicissim, & educandi soluere
 P recium, senectæ infirmitatem sustinens,
 E x me redundet luctus, atq; acerbitas.
 Stor. V tinam, precari si piè & sanctè id licet,
 D ominetur Ammon, pristinum ferat iugum
 I udæa: quanuis serua, certè viueres,
 A ut morte saltem non nefanda occumberes.
 S æuisset in nos leuius insolentia
 H ostis furentis quàm patris victoria.
 N ouaq; fati, sed miserrima vice
 S eruire votum est, & calamitas vincere.
 O semper in nos vel fauens etiamnum atrox
 F ortuna, quantis gaudij vsuram breuem

Luctus acerbi scenerasti lacrymis?
 Quin potius illi iusta supplicia luant,
 Nos, si necesse est, immerentes sanguine
 Aras piemus, totq; cædes hostium
 Pensemus vna sponte, gratiq; hostia.
 Hæc nata, nunc intelligo demum miser
 Quam fœda, sæua, dira designauerim,
 Qui prole tali temerè memè orbauerim.
 Sed ipse de me sponte pœnas exigam.
 Tecnanq; iniquum est dare meæ dementiæ
 Pœnas, puellam innoxiam, superstite
 Authore luctus. ipse stultitiæ meæ
 Supplicia pendam: nec mihi exprobrabitur
 Ab inuida vicinia, quòd vltima
 Sub spatia vitæ parricida filiæ
 Mihi peperci, liberumq; sanguine
 Vili redemi turpis auram gloriæ.
 At tu beata hac charitate in patriam
 Partemq; viuere: cuius ætas dignior
 Superesse, quamq; gratiam nequit parens,
 Persoluat ille, solus æqua qui potest
 Pro dignitate huic indoli rependere.
 Omnitte genitor has moras innectere,
 Mæcumq; dictis mollibus frangere animum.
 Nec fas, nec æquum te mea fungi vice.
 Me vota poscunt. itaq; tibi animam libens
 Hanc reddo patri, reddo patriæ meæ.
 Nec vlla Iepthæ me redarguet dies

Iph.

Ieph.

Iph.]

Non

N on stirpe dignam.tolle,age,abduci iube.
 D euota morti,& consecrata victima
 P roieci amorem lucis:omnis est mora
 M olesta.mater iam vale charissima,
 E t vos penates patrij,in quibus dies
 L ætos peregi, spes ad amplas molliter
 E ducta,claris destinata nuptijs.
 O fata,fata & morte defuncti patres
 A ccipite placidè destinatos patriæ
 M anes saluti:tuq; lux nouissima
 H odierna nostris haurienda oculis,vale.

CHORVS.

L aus foeminei fama;q; sexus,
 E t generosæ gloria stirpis,
 A nimi nimium virgo virilis,
 L icet iniuria tibi fatorum
 V tiliores abscidit annos,
 L icet immanis feritas parcæ
 T eneri florem carpserit æui,
 Q uod tibi vitæ fors detraxit,
 F ama adijciat posthuma laudi:
 E t qua primis Pboebus ab Indis
 R utile tollit lumina flammæ,
 T e posteritas sera loquetur.
 T e qui primi flumina Nili
 B ibit,& curru qui Sarmatico
 S olidum non timet ire per Istrum.

Concinet olim
Non formidine mortis inertī
Pavidam, patriæ donasse alacrem
Natura tibi quos dedit annos.
Nostris longum tu dolor & honor
Virginibus, tibi thalami expertes
Mæsto ululatu flebile carmen
Per redeuntes recinent annos.
At vos vestri dedecus æui
Animam patriæ reddere segnes,
Vos æternis tenebrarum umbris
Teget obliuio longa sepultos,
Et generis pudor, & telluris
Pondus inutile, quos & præsens
Spernit & altera nesciet ætas.

STORGE, NVNCIVS.

Hcu misera, an omnis spes salutis occidit?
Effare. Nun. Res vt inter aduersas quidem
Non pessimè agitur. Stor. Si quid accidit boni,
Ea blandientis sortis est crudelitas.
Venena dulci melle terra temperat.
Quapropter ede quicquid occultas mali.
Vsus dolendi, longaq; experientia
Induxit animo callum, vt amplius mihi
Nocere posset, nil reliquit fors sibi.
Parata certa est, sed misera securitas.
Vt gesta res est ergo paucis accipe.

Cum Num.

C um staret aras ante tristes victima
 I am destinata virgo, purpureum decus
 P er alba fudit ora virgineus pudor
 C etus viriles intuerier insolens,
 V t si quis Indum purpura violet ebur,
 R osasue niueis misceat cum lilijs.
 S ed se per ora cum pudore fuderat
 P erspicua certè iuncta vis fiducia,
 I nterq; flentes sola fletibus carens,
 V ultu remisso constitit firma, ac sui
 S ecura fâti. quas tenebat lacrymas
 P ropinqua morti virgo, populus non tenet.
 A lium parentis beneficium recens mouet.
 E t seruitutis patriæ exemptum iugum,
 E t solitudo familiæ clarissimæ.
 A lius acerbam sortis ingemuit vicem,
 L ongoq; luctu breue redemptum gaudium,
 R ogoq; stabilem rebus in letis fidem.
 F lorem iuuentæ deflet ille, & siderum
 S imiles ocellos, æmulamq; auro comam,
 S upraq; sexum pectoris constantiam.
 E t fortè solito gratiorem afflauerat
 N atura honorem, ceu supremo munere
 D ignata funus nobilis viraginis,
 V t iam ruentis æquor in Tartesium
 P hœbi recedens esse gratior solet
 S plendor, rosæq; verè supremo halitus
 C olorq; cupidos detinet oculos magis:

Sic virgo fati stans supremo in limine,
 Parata morti, nec recusans molliter,
 Turpiue torpens exitus formidine
 Commorat omnes, versaq; in se lumina
 Vulgi stupentis traxerat miraculo,
 Et triste cunctis attulit silentium.
 Narrare porro perge facinoris modum,
 Neui parce matris auribus: nihil potes
 Afferre triste, vt tristiora non sibi
 Proponat animus. cuncta iam præcepta sunt.
 Animi virilis tum puella lumina
 Ad clara tollens astra, concipit preces
 Ex ore casto voce, non fracta malis:
 Aeternæ rerum genitor, atq; hominum parens,
 Tandem propitius gentis errori tuæ
 Ignosce, & istam victimam lenis cape.
 Quod si furoris exigis piaculum,
 Quæcunque nostra contumax superbia
 Supplicia meruit, te parentem deserens
 Vtinam luatur hoc cruore: sæpius
 Vtinam liceret sanguinem profundere, &
 Hic si parentum, & ciuium sita est salus,
 In me furoris impetum, ac iræ tuæ
 Per mille mortes sæpius deflectere.
 At tu sacerdos quid metuis? (etenim metus
 Gelido tremebat) ades, & hanc luce exime
 Animam: morantem solue corporis obicem:
 Populum, parentem, meq; voto libera.

Stor.

Nunc.

V

Vt

V t hæc locuta est, ille iam dudum parens
 V isus cruentus, seuiorq; tigride,
 O culos amictu lacrymis madens tegit,
 S eseq; damnans, vota q; temeraria.
 F letu sacerdos obrutus vix soluere
 A nimæ meatus potuit, et mœsto diu
 T aciturna turba torpuit silentio.
 V t vocis autem peruium patuit iter,
 N on ille genitus, esse nec qualis solet
 F remitus doloris, atq; lamentatio,
 S ed concionis gratulantis murmure
 C onfusa turba, teq; prædicantium
 A duersa sortis inter aspræ vulnera.
 E t blandientis læta dona sceminam
 V nam beatam maximè, et miserrimam.
 N am plaga quanuis altè ad ossa sederit,
 M agni doloris magnum habes solatium.
 S olamen ipso luctuosius malo,
 Q uod leniendo exasperat malum vetus,
 L uctusq; acerbi memoriam semper nouans
 R educta cogit vulnera recrudescere:
 Q uo fortiore nata tulit animo necem,
 H oc angit animum tristior meum dolor.

**

*

ARGV.

ARGVMENTVM IN IEPHTEN

Buchan. Car. Vtenhouio F. Auctore.

Ad Lucretiam Morellam.

Fortè Galaddidæ, patris post Funera, Fratres
 Dicere, Cede domo, non habuere nefas:
 Iure cohæredem sibi scilicet esse negabant,
 Supposita fratrem de genitrice nothum.
 Ille latrocinij inopem traducere vitam
 Cœpit, & in castris æra merere nouis.
 Iamq; sui specimen cum terq; quaterq; dedisset
 Roboris, & dextræ Martis ad arma bonæ:
 Dux & ab Isacidis consanguineisq; creatus
 Fertur in aduersos protinus Ammonidas,
 Iam propè vicenis hos qui crudeliter annis
 Compulerant famulo subdere colla iugo.
 Ergo profecturus: Si victor ab hoste rediret,
 Victima victrices imbuet ille manus
 Quisquis erit (voti fuit hæc sententia) primus
 Ille domo qui fors egredietur, ait.
 Prima reuertenti ruit obuia filia Iephtæ
 Vnica, victori victima fitq; patri.

Lectori. Typographus.

Ne quid Buchanani quod quidem extet alibi, iu-
 re desideres Lector, quicquid corradere ab eo vel
 inuētum vel è græcis translatum vsquam potuimus,
 in vnum (quod aiunt) fascem coniectum, tibi offeri-
 mus, dum reliqua, quorū nobis ab auctore facta spes
 est, à Buchan. pro pedicē mittēda expectamus. Vale.